



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Venerabilis Patris D. Hludowici Blosii Abbatis Lætiensis Ordinis S. P. N. Benedicti Tomus Posterior Margaritum Spirituale

Blois, Louis de

Monasterii Campidonensis, 1672

Cap. XX. Corpus Iesu Christi de cruce depositum Virgo-mater in gremiu[m]  
suum excipit, osculatur, lacrymis rigat, ipsumq[ue] tandem, licet non sine  
dolore, sepeliri permittit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45885](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45885)

DOMINICAE PASSIONIS EXPLICATIONE. *latus lanceâ configo: sed cor tuum humilibus precibus ignitorumq; desideriorum & pii amoris jaculis sauciare desidero. Vel una obsecro guttula ex patente latere tuo stillet in vulneratam atque egram animam meam, & saluus ero. Tolle à me omne vitiorum peccatorumq; medium, ut tibi mea jungatur anima, atque in te requiescat, qui es paradisi spiritualium deliciarum, & plena satietas Beatorum. In te namq; eternam habemus quietem, ceu in paradiso voluptatis, unde nihil nos excludit præter medium iniquitatis. Tolle itaq; iniquitatem, qui es agnus sine maculâ, auferens peccata mundi; & ero unitus tibi, atq; in te jucundè sancteq; conquiescam.*

## CAPVT XX.

*Corpus Jesu Christi de Cruce depositum Virgo-mater in gremium suum excipit, osculatur, lacrymis rigat: ipsumq; tandem, licet non sine dolore, sepeliri permittit.*

1. Devota exequia, quas Virgo & Discipuli Christum persolvunt; excipiente ejus corpus Virgine in gremium suum cum Magdalena & sociis.
2. Percurrit Virgo singula Filii vulnera osculo & lacrymis.
3. Difficiter, & invita avellitur à mortuo filii corpore plorans & gemens Mater.
4. Sed tandem cum dolore permittit ipsum sepeliri.
5. Venerabile Sepulchrum Domini, eiusq; cum virginali utero collatio.
6. Sepulchrum spirituale, quod Virgo in corde suo Christo condidit.
7. Cor ejus fuit hortus paradisi amantissimus, & incontaminatus.
8. Sindonem habuit obedientia & integritate, balsamum, & unguentum omnium virtutum.
9. Tristis abscessus Virginis à sepulchro Domini, comitantibus viri & mulieribus dolore plenus.

VIDEMUS nunc quàm tristes exequias, quàm lugubres cærimonias Virgo intemerata, ceterique Salvatoris familiares & amici ad defunctum Christi corpus celebrarunt. O quanto desiderio, quantâ devotione Virgo piissima Christi filii sui crucem amplexa est, sanguinem illum & aquam ex illius latere manantia reverenter excipiens! O quoties sua ad eum extendit brachia, cupiens etiam exterioribus membris suis eum excipere & complecti, uti eum jam animo suo insculperat impresseratq; O quanta cum devotione, quamq; amanter corpus Christi emortuum jam depositum à Cruce, maternis luis brachiis amplexa est, suoque apprehendit pectori! Tum verò quàm omnia illius viscera nova sunt compassione concussa! Quomodo etiam anima ejus ceu cera igni admota, amore liquefacta est, ipsaque tota in lacrymis soluta! O quis capere possit, quanto amore tota proruit in faciem filii ita deformem ac mirè deturpatam, infatiabiliter eâ exosculans, & calidis suis lacrymis nõ lavans modò, verùm etiam ubertim irrigans! Sed & ferventissima Christi amatric Maria Magdalena, quàm devotè ad pedes illius corruit, apud quos tantam olim gratiam consecuta fuerat; devoteque eos lacrymis suis abluit, sacrisque Vulneribus fixit oscula, eandem defuncto, quam adhuc super-

1.  
Deipara  
cum discipulis  
exequias  
Christi  
persolvit.

Excipit  
Filium  
in sinu  
& plorat.

Luc. 7.  
Completio  
ratio  
Magdalena  
& aliorum  
amicorum  
Christi.

DOMI-  
NICAE  
PASSIO-  
NIS EX-  
PLICATA  
SIO.

superstiti illius corpori, humani-  
tatem exhibens & amoré! Quàm  
denique omnes Christi amicos,  
qui illic aderant, vehemens occu-  
pavit compassio, & ingens ardor  
accendit amoris, haud secùs quã  
fervétissimus ignis ppè astantes!  
O quã tristes erupère in lacrymas,  
per Christi corpus ex illorum o-  
culis ubertim manantes! Quos  
gemitus, quæ suspiria edidère in  
in cælum! Quàm tristia funeri il-  
li officia exsolverunt! Nullum il-  
lic audire cantum erat, sed gemitus  
tantùm & lacrymas, atque lamen-  
ta.

2.  
Singula  
Christi  
vulnera,  
lacrymis  
suis la-  
vat Dei-  
para, &  
osculis  
osprimit.

O quàm veneranda illa Patens,  
per singula quæque membra ac  
vulnera discurrens, eadem scruta-  
ta & osculata est, plorans super  
singula, & lacrymis ea lavans:  
quin & singula quæque vulnera  
cordi suo inscribens, doloresque  
singulorum membrorum expen-  
dens ac trutinans secum in corde  
suo, & ad singula dans gemitus  
incomprehensibiles; simulq; pro  
voto animi sui, de sanguine ac  
medullis cordis sui in ardenti suo  
amore unguentum conficiens, eo-  
demque cuncta illius vulnera pla-  
gasq; perungens, ô quàm tunc fer-  
ventes lacrymæ per dulcissimû il-  
lius piæ Matris faciem ceu rivuli  
mœnissimi decurrerunt, aliæ a-  
lias antevertere, & quasi certatim  
Christi corpus contingere gesti-  
nantes! Imò, ut beatus ait Augu-  
stinus, quis illic Angelorum tem-  
perare potuit à luctu celebrando,  
cùm Regem & Dominum suum

Angeli  
paci a-  
mare ste-  
bant.

tam foedâ ac turpi morte consum-  
ptum viderent! cùm contra na-  
turam naturæ conditorem, Deum  
immortalem, in humana natura  
morem oppetiisse conspicerent!  
Ut luminosa illa Cherubim, ac  
ardentia Seraphim ad ineffabilem  
hanc obstupère charitatem, cùm  
vitam ex amore occubuisse cer-  
nerent, ut mortui redirent ad vi-  
tam? Enimverò sacratissimum  
Christi corpus inhumaniter con-  
scissum, dilaniatum, extinctum,  
piissimamque Virginem matrem  
anxiè illud amplectentem, illius-  
que cruore tinctam, atque aded  
miserandum in modum lacrymas  
ubertim fundentem, ut sibi tem-  
perare non posset, beati illi cæle-  
stesque spiritus coràm intuebantur.  
Quid verò D. Joannes? Quàm  
putamus mœlissimè matri suæ se  
lacrymando ac mœrendo confor-  
mavit, sociumque fidelissimum  
adhibuit! Quàm piè, quàm sua-  
viter eam consolans hortabatur,  
ut modum poneret parumper tan-  
tis lacrymis, tam immenso dolo-  
ri! O quàm & ipse vehementis-  
simo cum angore ac pressurâ spi-  
ritus se ad sacrum Christi pectus  
provolvitur, in quo dudum tam  
suaviter requieverat, piarum la-  
crymarum undam refundens in  
fontem illum, unde aquam sa-  
pientiæ salutaris potarat!

Ioannē  
Evange-  
listam com-  
passio.

Dehinc Joseph, Joannes, &  
ceteri amici Jesu, beatam Virgi-  
nem obnixè rogabant, ut corpus  
Domini permitteret ad sepelien-  
dum componi ac preparari, quan-

3.  
Non nisi  
invita an-  
vellitur  
Mater ab  
unigeni-  
ti corpore

W do-

SOM-  
NICAE  
PASSIO-  
NIS EX-  
FLICA-  
TIO.  
Iob. 19.

do quidem sol tendebat ad occa-  
sum. Tum verò pia mater voce  
lamentabili respondit: *Miseremini mei, miseremini mei, saltem vos amici mei*, neque tam citò avellatis me à dilecto Filio meo. Ne mihi, quæso, tam celeriter auferre velitis, quem meis gestavi visceribus, Sinite me vel mortuo frui, quem vivum habere non potui. Liceat mihi, obsecro, extincto illius corpori amorem impendere ac benevolentiam, quam in passione minimè exhibere dabatur. Irrigem illud nunc lacrymis meis, cui in acerrima illius siti nec aquæ guttulam porrigere sinebar. Exlatiem interim illo animum meum fiendo, gemendo, quæ non potui pro voto dulcissimâ ejus præsentia, dum pateretur, refoveri. Nolite, obsecro, nolite matrem avellere à Filio suo, nec mihi tam citò subtrahatis, quem tam diu desideravi; aut certè unà cum amantissimo nato me sepelite.

4.  
Agré  
vandum  
permittit  
corpus fi-  
lii dolens  
Mater  
tradi se-  
pultura.

Itaque non parva eos angustia tenebat. Dies namque ad occasum declivior, corpus sepulturæ tradere eos urgebat, & nihilo minus matris mœstissimæ acerbissimos dolores, ut dignum erat, vehementer miserabantur. Neque enim jam nimis afflictam novis doloribus obruere volebant. Quamobrem dabant amoris ejus operandi locum; flagrantissimâque sitim suam eam paulisper explere patiebantur. Hinc porrò sanctus Joannes suavibus eam ac

prudenter delinivit verbis, rogans ut Filium suum sepeliri permitteret: & ipsa utique non sine dolore consensit. Atqui, ô quàm devotè, quàm afflictè prosequetur filii sui lamentabile funus; sacrum illius tenendo caput, oculis fixis in faciem ejus, eandemque innumeris deosculando vicibus, suisque lacrymis irrigando.

Unde, quæso, mœstissima parens omnes illas lacrymas, quas hodie fudit, habere potuit? *Qui piissimum cor illius intolerabilem hanc angustiam & pressuram ferre quivit?* Nimirum fecit hoc amor ardentissimus, ipsa quoque morte fortior. O quali cum dolore ac gemitu tam charum, tam pretiosum reliquit thesaurum! quàm verò amanter illius est amplexa sepulchrum! tamquam si, non quidem linguâ (neque enim verbum edere potuisset), tantis correpta cordis angoribus (sed mente diceret: O sacrum monumentum! ô felix tumba! ô saxum pretiosum! ô præclarum margaritum! ô admirabile ciborium, quàm insignem thesaurum, quàm immensum complecteris Dominum! ô vas electum! ô felix creatura, quæ digna es tuum excipere Conditorum, hospitioque recipere Regem gloriæ! Pone jam nativum rigorem & asperitatem tuâ, ac mitesce, ut teneros dilecti filii mei artus reverenter cõplectaris. O arca gloriosa! ô excellens Dei templum, præ creaturis omni-  
bus

5.  
Sepul-  
chri Con-  
stiti  
venero-  
sione de  
gustissimè  
Constru-  
tur cum  
veteri in-  
gine.  
Cant.

**DOMI-**bus mihi simillimum! Ut enim  
**NICAE** ipsa à Deo electa sum, quæ in ca-  
**PASSIO-**stis visceribus meis ejus filium  
**NIS EX-**gestarem; ita & te elegit, ut ve-  
**PLICA-**nerandum Christi corpus exci-  
**TIO.**pias, gloriosum scilicet beatissi-  
 mæ Trinitatis organum, quo Deus  
 tam mirificè operatus est, & inæ-  
 stimabilem mundi thesaurum,  
 bonumque præcipuum, cælum  
 & terram suâ vincens præstantia  
 ac dignitate. Et sicut tu novum  
 es, nec ullius adhuc corporis con-  
 tactu fœdatur: ita & ipsa à crea-  
 turarum omnium attractu mun-  
 da sum & immunis. Quemad-  
 modum item ex te clauso Salva-  
 tor orbis surget redivivus, ita ex  
 meo concluso utero mundi salus  
 processit. Ac demum uti tu sa-  
 xumes solidum & immobile, ita  
 ego incommutabilis atque invi-  
 cta in fide omnique virtute per-  
 mansi.

6. *Etiã spirituale sepulchrum Filio in corde suo paravit Maria.*  
 Habet Dominicum hoc monu-  
 mentum formam quamdam &  
 effigiem spiritalis illius monu-  
 menti, quod Virgo beata aman-  
 tissimo filio suo in corde suo pa-  
 rarat. Ut enim sepulchrum hoc  
 ferris acutis excisum atque poli-  
 tum est: ita gloriosa Virgo acu-  
 tissimo doloris gladio in intimis  
 animæ suæ locum accommodum  
 excidi permisit, monumentum v-  
 tique tam afflictio & excruciato  
 corpori congruum valdè, cum di-  
 ligat Dominus cor contritum &  
 humile, sive angustis oppressum.  
 Et sicut in hoc sepulchro nõdum  
 quisquam positus fuerat, ita Vir-

*Psal 50:  
Ioan. 19*

ginis matris cor devotissimum,  
 nullumquam peregrinus crea-  
 turarum amor vel affectus, saltem  
 tenuissimè contaminarat. Ipsa  
 namque porta illa clausa est, nul-  
 lumquam patefacta, per quam  
 solus Princeps & Rex Israël pro-  
 cessit.

*Ezeck 44*

Erat prætereà monumentum  
 hoc in horto: quandoquidem Vir-  
 go intemerata hortus conclusus  
 est dilecti, discretionis seu pru-  
 dentia sepe cinctus, utpote quæ  
 tanto fuit lumine ac discretionem  
 perfusa, ut nullum umquam ma-  
 lum, ne sub virtutis quidem teg-  
 mine; in ejus potuerit hortum ob-  
 reperere; nec tantilla hortus ejus  
 patebat ex parte, quâ serpens ille  
 lividus ac impurus oculos vel se-  
 mel inferre potuisset, qui tamen  
 paradisum, in quo Adam erat,  
 non ingredi modò, sed etiam cõ-  
 spurcare ausus fuerat. Quin &  
 secundus, adeoque omnigenis  
 virtutum herbis confitus fuit sa-  
 cræ Virginis hortus, ut nullus in  
 eo vacaret locus, ubi quodvis lo-  
 lium emergere quivisset. Ad sin-  
 gularem namque almæ hujus Vir-  
 ginis gloriam, crevit in eâ flos  
 campi, & lilium convallium, ex-  
 cellens ac aromaticus flos Jesse, in  
 quo requievit Spiritus sanctus, &  
 rosa Jericho amœnissima: adeo-  
 que in signum evidens divinæ ac  
 singularis benedictionis ejus, pul-  
 lulavit vinea beatissima, cujus  
 palmites ad superna feruntur, cu-  
 jus odor virus omne & omnes  
 pellit serpentes, cujus vinum cor

*7.  
B. Virg  
hortu  
paradis  
sicut mo-  
numentu  
Christi in  
horte.  
Cant. 4*

*Gen 3*

*Cant. 27  
Isa. 11.  
Eccli.  
24.*

DOMI-  
NICAR  
PASSIO-  
NIS EX-  
PLICATA.  
Zach. 9.  
8.  
Mar. 15.  
Ioan. 19.  
Sindon  
integri-  
tatu, &  
balsamū  
charita-  
tu in B.  
V. Maria  
repre-  
sentur.

lætificat & accendit, ac juxta Pro-  
phetam, *virgines germinat.*

Habuit etiam sanctissima Ma-  
ter puram sindonem, id est, sim-  
plicis obedientiæ, innocentia, ac  
integerrimæ virginitatis vestem.  
Cui nec defuit aloë amarissimi  
doloris, myrrhaque afflictionis  
intolerabilis. Habuit deniq; pre-  
tiosissimū balsamum & unguen-  
ta speciei que virtutum omnium.  
Atque ita demum Christum filiū  
suum obvolvitur, perunxit, atque  
in sacratissimo sui pectoris mo-  
numento sepelivit.

9. Jam verò etiam hoc mente ru-  
minemus, quanto cum mœrore  
afflicta Mater à monumento dis-  
cesserit, quàm hæc ei perpetua  
fuit cogitatio, quem amisisset, &  
quàm inæstimabile pignus sub la-  
pide condi sivist. O quàm mise-  
randum in modū à sancto Joâne,  
ceterisq; amicis suis, à sepulchro  
abducta fuit, quippe quæ tota pe-  
nè exhausta atq; absumpta erat.  
Reverà quisquis huic ita afflictæ,  
ita mœrenti, ita graviter laboranti  
Virgini & Matri, imò & Domine  
nostræ non compatitur, non est  
vivens gratiæ filius, sed est abor-  
tuum insensibile ac mortuum;  
indignus planè est, qui lac gratiæ  
ex maternis ejus sugat uberibus.  
Ceterum ipsi quoque cum eadem  
Virgine matre, uti jam dictum est,  
Christum Jesum in cordibus no-  
stris sepeliamus, ut nos per ipsum  
& in ipso ab universis operibus  
mortuis resurgamus, unaque cum  
illo ad paternam usque gloriam

felicissimè conscendamus, eodem  
Domino Jesu nos adjuvante, qui  
est benedictus in sæcula, Amen.

## A P P E N D I X,

*Ostendens, quam immensus Dei er-  
ga nos sit AMOR (quod quidem  
ex Christi incarnatione ac pas-  
sione, Sacramentog; EVCHARI-  
STIÆ elucescit) & uti nos totos  
Deo tradere atque resignare de-  
beamus, qualibet adversa amore  
illius tolerantes.*

1. Totam Trinitatem equali amore nos dile-  
xisse, quo dilexit Christus, nempe infinito.
2. Ex Eucharistia institutione apparet, Chri-  
stum, si opus esset, adhuc paratum esse pro nobis  
crucifigi.
3. Exaltavit DEVS naturam nostram in  
Christi incarnatione, plus quàm fuerit olim depres-  
sa in Ada peccato.
4. Prospopacia Patris aterni, qua homini sua  
exponit beneficia: & eorum vice postulat perfe-  
ctionem vitæ spiritualis; cuius ibi compendium  
penitur.
5. Oratio anima fidelis, qua Patri aterni invi-  
tanti respondet, & Christi merita pro se offert.
6. Filius Dei alloquitur animam, ei que sua enu-  
merant beneficia, postulat rependi sibi amorem, in-  
nocentiam, sanctitatem, resignationem.
7. Oratio anima fidelis, Christi allocutionem  
gratanter excipiens, & seipsam illius misericor-  
dia committenti.

**T**AM ardens & \*incontînens  
est Dei erga nos amor, ut si  
mors & passio Christi ad  
salvandum hominem non suffe-  
cissent, etiam Pater cælestis &  
Spiritus sanctus quoque huma-  
nam potius assumpsissent natu-  
ram, ac pro homine mortem sub-  
jissent, quàm eum perire sivist.  
Licet verò Filius solus naturam  
nostram assumpserit, mortemque  
ob hominem peressus sit amarif-  
simam, amor tamen Patris & Spi-  
ritus

1.  
Totali-  
tatis  
infini-  
amori  
ligitua  
mystra  
incarn-  
tione  
passio  
operata  
est.  
\* Qui  
nempe  
tam ex-  
cessivus  
est, ut  
nullo  
sefe